PONTIFICIA COMMISSIO
«ECCLESIA DEI»

73

N. ....

1. Ego, N.N. promitto fidelitatem erga Ecclesiam Catholicam et erga Romanum Pontificem, Ecclesiae Pastorem Supremum, Vicarium Christi, Successorem beati Petri in eius Primatu et Caput Episcoporum Collegii.

2. Accipio doctrinam, quae in n.25 Constitutionis dogmaticae "Lumen gentium" Concilii Vaticani II de Magisterio Ecclesiae et de adhaesione illi debitae docetur.

3. Circa aliquas doctrinas, quas Concilium Vaticanum II docuit, aut circa instaurationes posteriores sive Liturgiae sive Iuris Canonici, quae aliquibus difficulter cum praecedentibus Magisterii declarationibus conciliari posse videntur, obligationem assumo sequendi lineam positivam studii et communicationis cum Sede Apostolica, vitata omni nota polemica.

4. Declaro etiam, me accipere validitatem Sacrificii Missae et Sacramentorum, celebratorum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, et secundum ritus, qui inveniuntur in editionibus typicis Missalis Romani necnon Ritualium a Summis Pontificibus Paulo VI et Ioanne Paulo II editis.

5. In fine promitto, me disciplinae communi Ecclesiae eiusque legibus adhaerere, imprimis illis, quae in Codice Iuris Canonici a Summo Pontifice Ioanne Paulo II promulgato continentur, salvis illis, quae in Constitutionibus ....
....
a Sede Apostolica concessa sunt.

Roma	Sept. 22, 1988	Fr. Hector L. Bolduc
locus	dies	nomen declarantis